

2350.

EXERCITATIO JURIDICA,
DE
**PRÆCIPUIS
FELONIAE
SPECIEBUS,**

Quam,
DEO Optimo Maximo Adjuvante,
*Consensu Amplis. Facultatis Juridicae,
in Inchyta Pomeranorum Academia,*

Sub PRÆSIDIO,
VIRI

Præ-Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi
DN. PETRI MASCOVII,
J. U. D. Consistorii Regii Directoris gravissimi, Facul-
tatis Juridicæ Senioris, & h. t. Decani spectabilis,
Domini Præceptoris, Patroni ac Fautoris

etatem devenerandi,
ad diem Novembr. 1697.

H. L. Q. C.

publico discursui præbet.

PETRUS CORSWANT, Gryph. Pom.
A. & R.

GRYPHISWALDIÆ,
Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,
Reg. Acad. Typographi.

1697, 3
~~10~~
25

(5)

5



EXERCITATIO JURIS
P. R. E. S. B. I. I. S.
VIRO
GENEROSISSIMO
DN. JOHANNI
CAROLO
DE LANCKEN,

S. Reg. Maj. Svec. Præfecto Arcium,
& Consiliario Status Primario,

DOMINO SUO PATRONO ac EVERGETÆ,
omni officiorum genere semper prosequendo,

decenter atque officiose
offert.

AUTHOR ET RESPONDENS.

I. N. D.

§. 1.

Quanquam in conscribendis materiis rerum potior quam verborum habenda sit ratio, *L. 17. ff. de LL. l. 3. §. 9. ff. de Adim. Legat.* Terminorum tamen explicatio haud negligenda, *L. 1. ff. de Reb. Credit.* præprimis cum eam tam ordo, quam ipsius negotii natura exigat, nisi quis illotis, uti loquitur *Jctus in L. 1. ff. de O. f. manibus*, operi sese accingere cupiat; Illa etenim præmissa & libentius nos ad propositæ materiæ lectionem producit & cum ibi venerimus evidentiores præstat intellectum. Quapropter & vocis *Felonia* originem ac explicationem primo statim loco præmittendam esse necessarium duximus.

§. 2.

Est autem vocabulum *Felonia* barbarum quoddam & quidem Longobardorum *Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 23. qv. 7.* unde varii in ejus enodanda origine sunt Interpp. Alii namque à fallere deducunt, & hinc *falonia* legunt: Nonnulli à Germanorum voce *Fehlen* quod est errare, delinquere, *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 15. apb. 8.* hinc germanice dicitur *ein Lehns-Fehler*; Alii rursus à græco vocabulo *φίλωμα* s. *φίλωσις*, quod est fraus s. impostura, derivant *Cujac. in c. un. in qvib. caus. feud. amit. Borcholt. de Feud. c. 2. n. 71.* Sumitur alias hoc vocabulum pro quolibet scelere *2. F. 26. §. Domino 2. F. 37. & 47.* Propriè *Felonia* dici solet perfidia, *Untreu.* Vultej. vocabulo germanico, *Schelmstück* exprimit; estq; tam Domino, quam Vasallo communis. *d. §. Domino & d. c. 2. F. 47. Qual. Dom. propr. feud.*

A 2

§. 3. De-

Describi & quidem in genere potest Felonia, quod
 sit facinus vel factum aliquod improbum, adversus
 Dominum, ipsius adhaerentes, vel exterum aliquem,
 vel vice versa commissum, ad privationem feudi pro-
 prietatisq; sufficiens. Schnobel. *Exerc. feud. Disp. 10. tb. 6.*
 In specie vero, prout hoc loco à nobis sumitur, quod
 sit facinus vel factum improbum, in Dominum, ipsius
 adhaerentes, vel exterum aliquem commissum ad pri-
 vationem feudi sufficiens, *c. 1. §. Si voluerit. de Cap. qui tur.*
vend. 2. F. 51. & c. un. Quot. test. sunt necess. 2. F. 57. Dividi-
 tur autem, quod alia sit *Commissionis*, alia *Omissionis*,
 quamvis illa propriè Felonia dicatur. *d. c. 2. F. 57. & 58.*
ibi: fecerit feloniam. Suntq; ejus generis delicta graviora
 iis, quæ in omittendo consistunt. *Wesemb. c. 15. n. 4.*
Corraf. Lib. 6. Miscell. c. 1. n. 4. Utriusq; variæ dantur
 causæ, quæ omnes, cum sub certa regula ac definitione
 comprehendi nequeant, *c. un. in pr. in quib. caus. feud.*
amitt. si quidem natura deproperet edere novas formas,
 unde contingit ut aliæ emergant causæ quibus vide-
 atur feudum justè adimi posse, *2. F. 24. vel §. si Item. vers.*
Sed quia natura. ideo Judicis solertiæ atqve æquitati
 committendum erit, ut is dijudicet, an digna & justa
 causa sit, ob quam feudo quis cadere debeat, *d. §. Item.*
 quæque cum non sit expressa in Constitutionibus feu-
 dalibus, ex naturalibus potius ac bonis Curiarum con-
 suetudinibus percipienda, *d. c. un. in quib. caus. & c.* Atta-
 men per analogiam, ut plurimum ex causis exhereditati-
 onis, revocandæ donationis, itemque repudii relicta
 est definitio Judicis arbitrio, *2. F. 24. §. Predictis modis,*
Rofenth. de Feud. c. 10. Concl. 15. seqq. ubi enim eadem
 ratio, ibi idem quoq; jus: *Quamquam paucas exhe-*
reda.

redationis causas ad feloniam & privationem feudi
accommodari posse rectè asserat, *Molinæus in Consuet.*
Paris. §. 30. n. 138. & seq.

§. 4.

Et cum per juramentum fidelitatis Vasallus obli-
getur, ut Bona; famam ac personam Domini tueatur,
exinde dicimus toties ipsum Feloniam committere,
quoties contra alterutrum horum deliquerit. *Prima*
itaque felonia ob quam feudum Vasallus perdit, est
illa, quæ in personam Domini committitur, fitque du-
plici iterum modo, aut directo, aut per indirectum:
Directo, si scil. Vasallus Domino mortem citra neces-
sitate[m] sese defendendi, vel plane intulerit, vel inferre
laboraverit, corpus ipsius vulneribus plagisque affe-
cerit, membra mutilaverit, ipsum assilierit, aut insi-
dias, ipsi vel manifestas, vel clandestinas fecerit, 2. F. 6.
& 7. de *Nov. form. fidel.* Castrum aut vicum quo Domi-
nus commoratur, eo animo oppugnaverit, manusve
impias injecerit. c. quib. mod. feud. amitt. vers. similiter 1. F. 5.
c. que fuit pr. caus. benef. amitt. §. 2. vers. porro 2. F. 24.
Diximus autem laboraverit, &c. ad indicandum etiam
consilium ac conatum ad feudi privationem sufficere,
d. c. 2. F. 7. L. is qui cum telo 7. C. ad L. Corn. de Sicar. modo
adhibeantur insidiæ. 2. F. 51. §. Si voluerit. Quapropter
non inique hic quaeritur, An Vasallus cui animus fuit
insidiari vitæ Domini actuque aliquo id se facturum
declaraverit, antequam vero insidiaretur, poenitens
desistat, hanc ob causam suo sit expellendus feudo?
Et quamvis quoad actum interiorem, propositum scil.
animi utiq; peccatum sit, maxime cum appetitus desi-
derii ad malum illud peragendum accedat, vid. Matth.
C. 5. v. 18. *Stryck. de J. S. Disf. 10. c. 6. n. 2. seqq.* cum tamen

A 3

cogi-



cogitationis poenam nemo patiatur, *L. 18. ff. de Poen.*
nec sola cogitatio furti faciendi furem faciat, *L. 1. §. 1.*
ff. de furt. Fugitivus quoque non sit, qui solum con-
siliu fugiendi à Domino suscepit, licet id se facturum
jactaverit. *L. 225. ff. de V. S.* Naturæ etiam humanæ
congruum non sit, ut ex actibus merè internis jus aut
obligatio inter homines nascatur, *Grot. de Jur. B. & P.*
L. 2. c. 10. §. 18. L. 2. c. 4. §. 3. imo animi cogitatio, quæ
per actum quendam externum in lucem non produci-
tur, censeatur esse abortiva, sitque tanquam posthu-
mus existens in utero, qui nisi nascatur & in lucem
proferatur, nihil est *L. ult. C. de Postb. hered. inst.* & secun-
dum Catonem apud *Gell. 7. Noct. Att. c. 3.* ipsum qui male
facere voluit, plecti æquum non habeatur, nisi quod
factum voluit, etiam fecerit: facta sola censenda esse
atque in judicium vocanda, voluntates nudas inanesque
negligendas, neque poenis fieri obnoxias. Poena autem
sit malum passionis quod infligitur ob malum actionis,
Grot. d. c. 10. §. 1. aliud denique sit velle insidias struere
& ad hoc se præparare, aliud vero re ipsa insidiari;
unde ob negationem applicationis (scil. intentionis)
Vasallum feudo haud privari posse putamus; cum non
sufficiat solum offendendi propositum, sed & externus
requiratur actus offensionis proximus, uti diserte arguit
text. 2. F. 51. §. si voluerit. nec actus cogitationis punia-
tur, nisi vim sapiat aut insidias *c. 1. de Capit. qui cur. vendid.*
Sonsbec. P. 12. n. 38. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 27.
Decian. Cons. 18. n. 326. V. 1. quod procedere volunt,
etiamsi juramentum accesserit, modo in meris volun-
tatis hujus juratæ terminis perstiterit, nec actus iste
interior connexionem quandam cum exteriori habu-
erit ob *d. §. si voluerit. Sonsbec. cit. loc. Rosenth. c. 10.*
Concl. 17.

Concl. 17. n. 20. Vultej de Feud. c. 11. n. 20. Cui tamen poenitentiae locus non est, si cum aliis in necem, aut alias offensionem conjuraverit, licet in meris voluntatis terminis permanserit, cum conjuratio per se sit crimen feudi amissionem importans, 2. F. 53. §. Conventicula de Pac. ten. int. subd. L. Conventicula 15. C. de Episc. & Cler. L. 3. in pr. ff. ad L. Jul. de Vi publ.

§. 5.

Similiter in Personam Domini Vasallus delinquit, quando ipsi transitum denegaverit, *arg. L. 13. §. si quis me prohibeat. ff. de Injur. arma contra ipsum sumpserit, c. un. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. §. 1. vers. similiter 1. F. 17. vel etiam aliis consilium offendendi dederit. 2. F. 24. Si in periculo vitae constitutum non adjuverit, aut defenderit, carceri inclusum non liberaverit, in praelium euntem aut in acie periclitantem deseruerit, d. c. 1. F. 5. Infidias quae ipsi parantur sciens dolo malo vel negligentia obtriverit, 2. F. 24. §. 2. qui posteriores tamen modi ad Omissionis feloniam potius pertinent. Item si hostibus Domini annonam praebuerit, vel iter per fundum suum concesserit. L. 1. & 2. C. quae res exportari non debeant. L. si quis barbaris C. de re milit. Pariter si cum inimicis Domini amicitiam inierit, quae tamen amicitia singularem hic familiaritatem denotat, unde potius inimicus quam fidelis Domino videri queat, 2. F. 27. cum Vasallus, utpote juramenti sui memor, nihil adversi contra Dominum moliri praesumatur, unde etiam Domino incumbit probatio amicitiam istam in sui perniciem esse contractam, Rosenth. c. 10. Concl. 19. Vult. c. 11. n. 20. Qua probatione Dominus liberatur, si Vasallus ad hostes ejus transierit, cumque iis commoratus sit, ex eo enim praesumptio oritur in Domini detri-*

detrimentum eam conflatam esse amicitiam, quo casu Vasallus contrarium probare tenetur, Gloss. in §. item si fidelis. Menoch. Conf. 102. n. 11. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. n. 67. Sed quid si cum Domini amico inimicitias foveat, an tunc quoque feudo privari debeat? affirmat id Tiraquell. in tr. de Pœn. tempor. caus. 22. n. 61. quam tamen opinionem haud probare videtur, Rosenth. c. 10. Concl. 17. n. 36. quæ etiam sententia verior videtur: ut tamen causa litis respiciatur, & num Vasallus autor fuerit, inque Domini contemptum id fecerit, quo casu prior sententia obtinebit.

§. 6.

Deinde erga Personam Feloniam exercet Vasallus, si in Domini detrimentum credentiam dolo malo manifestaverit c. un. Qual. jur. deb. Vas. 2. F. c. un. Quib. mod. feud. amitt. Vult. tr. de Feud. c. 11. n. 21. vel etiam literas Domini hosti ejus miserit, quo secreta ipsi pandat 2. F. 6. Ubi nonnulli requirunt ut damnum inde revera quoque sit secutum Sonsbec. P. 10. n. 22. Rosenth. cit. tract. Concl. 69. quod adeo necessarium non putamus, cum hic non adeo attendatur, an damnum illud reapse sit secutum, sed intentio & animus Vasalli damnum inferre volentis, 1. F. 7. & 2. F. 5. proindeque solum ejus propositum dolosum sufficiet, dum contra promissam fidelitatem egit 2. F. 6. & 7. Ex quibus à contrario patet, ipsum si non mala intentione aut proposito secreta Domini aperiat, vel etiam incaute illa proferat, feudo non exui, arg. L. qui injuria. in pr. 53. ff. de furt. Mozz. c. ult. n. 35. Sed illud quæritur, qualiter Vasallus à duobus testibus convictus secreta Domini revelasse, ipse autem asserat se id haud mala mente fecisse, hoc probare debeat? Resp. cum ad feloniam plenè probandam quinque testes

testes requirantur, 2. F. 57. *quod test. requir. de animo vero*
Vasalli testimonium extranei ferre nequeant, dicen-
dum est ipsum juramento purgare sese debere, ideoq;
feudi amissione non mulctandum, ac ita pronunciatum
testatur Heig. P. 1. *quod ult. n. 48.* De literis ad Dominum
missis, si istas Vasallus laxaverit, iterum diversi sunt
Dd. num felonia praesumatur? Negativa Coccejo pla-
cet, *tit. 8. §. 4.* Sed affirmativa magis arridet, ut scil.
felonia praesumenda sit, nisi de dolo Vasallus se pur-
gaverit, Anton. *in Diss. feud. 11. tb. 1.*

§. 7.

Deniq; ratione personae Domini, Feloniae reus fit
Vasallus, si ipsum injuriis oneraverit, quae tamen gra-
ves ac atroces sint necesse est, *Nov. 115. c. 3. §. Si gravem*
injuriam. 2. F. 24. §. Porro. quae vero graves ac atroces
injuriae sint dicendae, prudens Judex ex jure civili
judicabit. Nec interest, an ipse vel per alios id fece-
rit, *arg. L. item apud Labeonem 15. §. fecisse 8. & §. si curavit*
ff. de Injur. 2. F. 7. de nov. form. fidel. Pari modo, si dela-
tor Domini exstiterit, cumque magnum detrimentum
sustinere fecerit. *d. c. 2. F. 24. §. item si delator.* Idem
obtinet, si Dominum temere accusaverit. *2. F. 33. §.*
Similiter Vasallus, quod secus si accusationem suam fece-
rit, *arg. L. qui cum major 14. §. Sed si minor. ff. de Bon. Libert.*
Zaf. P. 10. n. 47. Sonsbec. P. 12. n. 5. Vultej. c. 11. n. 27.
Sed tunc quaeritur, An Dominum sine venia in jus
vocare impune possit? Multi negant ducto argumento
ab aequiparatione Liberti & Vasalli, sed affirmativa
verior videtur, siquidem comparatio ista semper &
perpetuo locum non invenit, libertus etenim multo
majori reverentia devinctus est Patrono, a quo liber-
tatem rem inestimabilem accepit, *L. Libertas de R. J.*
B quam

quam Domino Vasallus à quo feudum pro servitiis
præstandis adeptus est. Deinde & hæc diversitatis
intercedit ratio, quod scil. inter Dominum & Vasallum
mutua detur fidelitatis obligatio, 2. F. 6. cujus inter
Patronum & libertum nulla fit mentio. Quid, quod
persona Patroni liberto semper debet esse sancta ac
honestæ, quod tamen in Vasallo respectu Domini ali-
ter sese habet, quæ etiam opinio Germaniæ moribus
corroboratur, & secundum quam in causa aliqua judi-
catum esse ostendit, Mynsing. 4. O. 92. Id quod in
Saxonia quoque observatur, idem. Feudo quoque
Vasallus denudatur, si contra Dominum patrociniatus
fuerit, quod quidem aliqui indistincte obtinere volunt
ob textum 2. F. 24. §. Item si delator. cum ipse Domi-
num suo tantum consilio adjuvare teneatur non alium.
2. F. 6. Alii vero regulariter ipsum admitti autumant,
modo non de ipso feudo controversia sit, nec causa
honorem Domini concernat. Nos distinguendum
censemus inter causam civilem ac criminalem, atque
in illa modica posse putamus ob §. Similiter 2. F. 33.

§. 8.

Tandem erga personam Domini Feloniæ crimen
incurrit Vasallus, si testimonium contra ipsum dixerit.
d. §. Similiter. 2. F. 33. Et ob testimonium in causa cri-
minali exhibitum, quod feudo cadat, expedita jam
res est juxta d. text. De testimonio verò in causa civili,
num illud Vasallus impune dicere possit, diversæ sunt
Dd. opiniones, dubium ab adjecto in d. §. vocabulo
modica moventes, unde alii in causa civili magna,
alii in modica testimonium admitti volunt. Cujacius
voculam eam ad sententiam posteriorem refert, ut ita
legendum sit, in criminali non licere, in civili modica
licere;

licere ; quæ sententia aliis displicet & verbis textus
inherentes in civili causa magna testimonium dicere
posse affirmant, non vero in modica. Rationem
autem non video, etenim, si id quod minus est non licet,
multo minus licebit id, quod majus est. Quare opi-
nionem Cujacii, à cuius partibus & Baro ad *d. tit. 2. F. 33.*
Mozz. c. de Natural. feudor. n. 52. stare videntur, merito
veriores & tam juri, quam æquitati convenientiores
arbitramur, siquidem Vasallus ab omni eo, quo reve-
rentia Domini imminuitur & quod magnum ipsi detri-
mentum affertur, abstinere debet, *arg. J. Item si delator.*
2. F. 24. quapropter testimonium in causa civili magna
dicere minime potest, cum hac ratione magnum Do-
mino afferet damnum, quæ ratio verò in causa civili
modica cessat. Tum etiam in jure feudali duabus
sententiis positis, posterior approbata habetur, quod
hic maxime locum invenit, quippe posterior certam
annexam habet pœnam, amissionem scilicet feudi, quæ
sane omnem æquitatis normam excederet in Vasallo
contra Dominum suum in causa civili, præprimis mo-
dica, testimonium deponente. Vid. Rosenth. *c. 10.*
Concl. 23. n. 25. seqq. Intelligenda verò hæc sunt de
Vasallo sua sponte ad testimonium properante; co-
actus enim à Judicio, liber ab omni pœna est, quia non
videtur dolo malo id facere, quod jussu Judicis facit,
L. 167. ff. de R. J. Sed si Vasallus contra Dominum testi-
monium perhibere noluit, an invitus cogi possit, quæ-
stionis est? Et quamvis regulariter ad testimonium
quis cogi possit, imo Judex quemlibet & cum opus
videt etiam privilegiatam personam compellere queat,
tit. C. de Test. ne scilicet veritas occultetur, & testimonium
perhibere munus publicum sit, unde sufficientem habet
B 2 causam,

causam, ut eundem qui ex eo alleget se Vasallum esse, autem ex alia ratione testificari non teneri, testimonium ferre cogat, quia tamen liberti ne vocati quidem in iudicium venire cogi possunt. *L. Lege Julia 4. ff. de test.* Vasallus quoque hoc juris habet, ut invitus cogi nequeat, quin potius legibus prohibeatur, dicendum erit, illo cogi haud posse, nisi alias testis plane nullus adsit, nec aliter rei cognitio haberi possit, Schrad. *P. 9. c. 8. n. 3.* Mascard. *de Probat. V. 3. Concl. 1398. n. 9.* Similiter si Judex videat, Dominum ex Vasalli reticentia locupletatum iri cum alterius jactura, justam habet causam compellendi Vasallum ad testimonii dictionem, Mascard. *d. l. n. 1.* idque maxime, si advertat illum, odio, gratia, timore vel etiam favore se subtrahere; Gail. *P. 1. Obs. 30. n. 2.* Aut denique testimonium respiciat causam feudalem, quia tunc non alii, nisi Pares Curiae testes esse possunt, *2. F. 2. in pr. vers. Si enim Domino 2. F. 32. & 33. §. quod autem.*

§. 9.
Per indirectum, idque ratione Famæ, Felonia in Dominum à Vasallo committitur, si ipsum cucurbitaverit, puta si cum uxore ejus concubuerit, vel concumbere se exercuerit, sive turpiter cum ea luserit, 1. F. 5. Quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. Item si fidelis c. un. Quib. mod. feud. 1. F. 17. & 2. F. 57. Quod test. sint necess. De vocabulo Cucurbitare, vid. Struv. Syntagm. Jur. feud. c. 15. §. 9. & Hotoman. in Lexico suo feudali, sub hoc vocabulo. Turpiter ludere cum uxore dicitur Vasallus, si impudenter ipsam contractaverit, manus in sinum deposuerit, vel etiam mammillas tetigerit, Sonsbec. in Comment. Us. feud. P. 12. n. 24. Schrader. de feud. c. 2. n. 72. Vultej. c. 11. n. 31. Mammillarum enim tactus excitandæ libidini inservit, unde adul-

adulterii indicium oriri tradunt Dd. si à viro osculum
luxuriosum cum lascivioribus amplexibus & positione
brachii ad collum ac mammillarum tactu datum sit
uxori alienæ non invitæ nec resistenti, & quidem in locis
secretis ad carnalem commixtionem aptis, Carpzov.
*Pr. Crim. P. 2. Qv. 60. n. 27. Mascard. de Probat. Concl. 453.
n. 15.* Imo non secus ac ex adulterio agi posse ad sepa-
rationem thori, si probetur uxorem passam esse ali-
quem posuisse manus ad mammillas affirmat Farinac.
Op. Crim. Qv. 136. n. 140. Quod maxime obtinet in tactu
pudendorum, illum namque admittens uxor gravis-
simam adulterii suspicionem contrahit, Mascard. *Concl.
811. n. 5.* & copulæ carnalis præsumptio inde oritur Paris.
Lib. 4. Conf. 60. n. 6. & 13. Farinac. d. qv. n. 142.

§. 10.

Quod de Tactu dictum fuit, Vasallum ob ejusmodi
aliquem commissum feudo exui, idem quoque de Oscu-
lis asseritur. Rosenthal. *c. 10. Concl. 28. Mozz. c. ult. n. 54.*
Sunt enim præparatoria rei veneræ & arrha quasi;
Quapropter etiam ab Angelo JCro libidinis quædam
anticænia, ab aliis proœmium adulterii, vel promulsis
Veneris dicuntur, imo quartum amoris & quidem
actum ipsum proxime antecedentem gradum consti-
tuunt secundum vulgarem versum:

Visus & alloquium tactus post oscula factum;

Cui & Magister amoris consentire videtur dum canit:

Oscula qui sumsit, si non & cetera sumsit

Hæc quoque quæ data sunt perdere dignus erat,

Quantum defuerat pleno post oscula voto?

Heu mihi rusticitas non pudor ille fuit.

Et secundum Terentium, extrema linea amare certe
haud nihil est. De jure civili constat, istum qui invitæ

B3

osculum

osculum figit actione injuriarum teneri. Vid. Stryck.
ad Jus Justin. Disp. 19. Agb. 14. Distingvimus tamen hic
oscula charitatis & officii, ab impudicis & libidinosis:
de his enim nobis sermo, non de illis, utpote quæ sem-
per amicitia signum ac intima dilectionis indicium
fuere. Præsumitur autem osculum & amplexus libi-
dinosis si secreto fiat, sive à Clerico s. à Laico, & in
illis deprehensus dicitur actum venereum exercere,
Parisi. Conf. 163. n. 3. Nam quod Nevizant. *in Sylv. Nupt.*
Lib. 4. §. Nubendum n. 76. de Clericis scribit: Esse equi-
dem plures, qui semper capiant in meliorem partem
si aliquid videant aut tangant; Et si videant aliquem
uxorem suam in occulto amplexantem, præsumatur,
quod det benedictionem, & si videant, quod deoscu-
lectur, præsumant quod faciat zelo charitatis, id merito
Dd. communiter improbant, tum quia & Clerici fragi-
litate humanae æque subjacent ac alii *arg. L. 12. §. fin. ff.*
de Accusat. tum quia accessus Clericorum ad mulieres
æque suspectus ac punibilis est, ac aliorum *L. 19. C. de*
Episc. & Cler. Ludw. in Synops. feud. c. 16. Quam ob
causam & Nevizant. *supra cit. loc.* optime respondet,
à tali charitate libera nos Domine, quando sic secreto
loquuntur, ex quo non præsumitur orare *Pater noster*
vid. Rittershus. *Disf. Histor. Philol. de Oscul. Sect. X.* Æqua-
liter igitur contra Clericum ac Laicum militabit præ-
sumtio Farinac. *d. Qv. 136. n. 103.* Ut autem hic inter
oscula distingvimus, ita quoque locorum ac regionum
mores sunt respiciendi, cum nonnullorum moribus
licita ac omni culpa vacantia habeantur, apud alios
verò in summo vitio & dedecore ponantur, vid Rit-
terhus. *ant. cit. disf.*

§. II. Ad

§. 11.

Ad turpem lusum etiam referunt prava ac libidinosa colloquia, Boccr. de Mod. feud. amitt. Sect. 3. n. 9. Gothofred. in Notis ad c. 1. F. 5. quib. mod. feud. amitt. quod tamen haud affirmare vult Ludw. d. c. 16. sed saltem actionem injuriarum competere ait adversus Vasallum, post Zas. P. 10. n. 28. Vultej. c. 11. n. 31. ex ratione quod turpis lusus non sit facti simplicis, sed qui contingat personam & quodammodo corpus uxoris Domini, arg. L. apud Labeonem 15. §. qui turpibus ff. de Injur. De literis amatorii videri potest, Besold. in Thes. Pract. sub Lit. B. in verbo Buhlen's Brieff / ubi simul ostendit Vasallum, si illis ad expugnandam pudicitiam uxoris usus fuerit, feudo denudari, licet effectu sceleris potiri non potuit, L. 1. ff. de Extra-Ord. Crim. Notandum hic est, illud quod de turpi lusu dictum est nonnullos restringere ad solam Domini uxorem, Rosenth. d. c. 10. Concl. 28. n. 9. cum alleg. Sed contrarium verius videtur ob rationem quae habetur in textu 2. F. 6. & 7. in verbis, ad tuam vel tuorum injuriam aut contumeliam Vultej. d. n. 31. vers. sed cum in textu. Quid autem si aliis consilium saltem ad ejusmodi peragenda dederit, an pariter feudo privari debet? Quod affirmatur ob eandem rationem.

§. 12.

Proximum huic erit, ut videamus quid juris sit in Sponsa Domini, & num Vasallus ob stuprum ipsi illatum seu attentatam ejus pudicitiam feudum quoque amittat? Quod aliqui indistinctè affirmant Zas. de feud. P. 10. n. 27. Schrad. Tr. feud. P. 9. c. 2. Rosenth. c. 10. Concl. 27. n. 10. Alii vero distinctione adhibita inter sponsam de praesenti & de futuro talem, in illa veram esse affirmativam tradunt, non verò in ea quae est de futuro, cum spon-

salia

salia de præsentī pro vero habeantur matrimonio,
Wesemb. *Conf.* 102. n. 2. Sponsalia vero de futuro spon-
saliorum saltem naturam sequantur, unde Interpp.
Juris, quo casu desponsata ante traditionem seu solen-
nes nuptias ab aliquo stupratur, tradunt unanimiter,
de adulterio per sponsum agi posse, & hoc omni dubio
carere si sponsalia fuerint de præsentī, etsi in iis quæ
sunt de futuro, aliud obtinere putetur, Vd. communiter
in *L. 13. Si uxor §. Divi ff. de Adult.* Jul. Clar. in *Pr. Crim. in*
§. adulterium n. 8. Quia verò in allegata *L. 13. §. Divi &c.*
Sponsum contra stupratorem sponsæ jure mariti agere
posse dicitur, nullo respectu habito s. sponsalia ista
fuerint de præsentī s. de futuro, nec matrimonium
qualecunq; imo nec spem matrimonii violare permit-
tatur, cum spei effectus in jure hic sit, ut quod pro-
xime futurum sit pro confecto habeatur *L. pen. ubi*
Bart. & Dd. ff. de Milit. testam. novum quoque in jure
non sit, ut quod de uxore dicitur, idem locum in sponsa
habeat *L. Si sponsa. 74. ff. de Jur. dot. L. Item apud. 15. §.*
sponsum quoq. ff. de Injur. ideo & nos, haud observata illa
distinctione, priorem sententiam veriore putamus,
idque eo magis cum jure Civili omnia sponsalia sint de
futuro *L. 1. ff. de sponsal.* quodque injuria sponsæ illata
ad sponsi contumeliam spectet, adeoque ipsi injuria-
rum actio competat *d. L. item apud. §. sponsum quoq. ff. de In-*
jur. à quibus tamen plane Vasallus abstinere debet
2. F. 7. Confer. insuper §. si uxor Instit. de Nupt.

§. 13.

De Vidua quid dicendum sit & num hætenus dicta
etiam procedant, si cum ea Vasallus concubuerit, aut
concumbere se exercuerit, merito quæritur? Et licet in
utramq; sententiam tam affirmativam quam negativam
plures

plures adduci queant Dd. autoritates, à parte tamen Negantium potius stare lubet, ob rationem quæ habetur in textu, 1. F. 21. in verbis: *si concubuerit cum uxore Domini sui Domino vivente*: Ergo à contrario aliud obtineat necesse est, si id factum sit domino jam mortuo. Modo concubitus ille non fiat intra annum luctus Zas. P. 10. n. 27. tunc enim maxime in injuriam Domini vergere videtur, & Vasallus intra prædictum temporis spatium concumbens cum viduâ Domini occasionem dat turbandi sanguinem Senioris L. Liberiorum 11. in f. ff. de his qui not. infam. Bocer. d. l. n. 11. Imò Vidua admittens Vasallum intra luctus tempora suspicionem de se movet adulterii, vivo marito, cum ipso perpetrati, Nov. 39. c. 2. §. sed quia bec. vers: *Si enim illam.* Nec secundò filium superstitem habeat vidua, quia tunc contumelia non tam in viduam defuncti Domini, quam in matrem Domini superstitis facta censetur Stryck. in Exam. Jur. feud. c. 23. qv. 17.

§. 14.

Feudo quoque exiit Vasallus si cum Filia Domini aut Nuru, item cum Nepte ex filio concubuerit c. 1. vers. *item si fidelis &c.* Quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. & 2. F. 24. §. 2. Zas. P. 10. n. 24. Eodem modo ob illicitam cohabitationem cum sorore Domini Feudo privatur, quamdiu scilicet illa in domo Domini manserit d. §. *item fidelis* & in capillo fuerit d. §. 2. F. 24. vers. *Rursus.* Sumitur autem phrasis illa, *in capillo esse*, à Feudistis pro ea quæ adhuc virgo est sive puella innupta Interpp. ad d. §. 2. 2. F. 24. De vocabulo *domus* in diversum abiit, alii enim domum hic pro domicilio & habitatione capiunt Zas. d. l. n. 25. Mozz. d. c. ult. n. 29. Cum quibus sentire videtur Giphani. in Disputationibus suis feudaliibus

C

Disp. 8.



Disp. 8. n. 16. quæ sensu in L. plerique 18. ff. de in Jus voc. domus sua tutissimum cuique dicitur refugium: Alii vero hoc vocabulum hic loci intelligunt de familia fratris, ut ita phrasæ illæ in domo manere & in capillo esse, non sibi invicem opponantur, sed ut una per alteram explicetur, ut adeo idem sit, sive dicas quæ adhuc in capillo est s. quæ in domo Domini mansit Vult. d. c. 11. n. 31. vers. nec distinguitur. Quæ etiam posterior opinio magis cum veritate congruere videtur sicuti clarius patet ex allegato §. 2. vers. Rursus. 2. F. 24. vid. ibid. Gothofred. in Not. Accedit quod Soror Domini, quamprimum extra tutamen fratris esse desit & in mariti familiam transit, non amplius frater, sed maritus injuriam ipsi illatam vindicet, §. Patitur autem 2. Instit. de Injur. & ibid. Dd.

§. 15.
Ultimum in hac classe locum sibi vendicant Concubina sive uxor Domini injusta & Pedissequa Domini. Et concubinam quod attinet, an & eadem poena obtineat si Vasallus cum ipsa rem illicitam habuerit, quaritur? Id quod affirmat Vultej. d. n. 31. Schrad. P. 9. c. 2. n. 15. cum alleg. quæ sententia multis rationibus juris civilis firmata videtur, Negativa verò placet Ludw. d. c. 16. Sed cum concubinatus non solum Nov. Imper. Leonis 91. & jure Pontificio, sed etiam plerisque Germaniæ Constitutionibus sit prohibitus, vid. cum primis Constitutio Elect. Mauritii de anno 1650. sub Rubr. Von verdächtigen und leichtfertigen Weibes Personen ideo & litem istam plenius excutere supersedemus. Ob stuprum pedissequæ illatum an feudo excidere debeat Vasallus? negativam ut veriores & æquiores defendunt, Somsbec. de feud. P. 12. n. 22. Andr.

Andr. de Ifern. inc. 1. §. 1. vers. Item si fidelis. 1. F. 5. Rosenth.
c. 10. Concl. 27. n. 41. Vult. de c. n. 31. Boër. Dec. 149. n. 76.
§. 16.

Ratione bonorum Feloniam committit Vasallus, si feudum sive totum sive pro parte sciens absq; Domini consensu alienaverit, 2. F. 2. in verbis: Decernimus, nemini licere beneficia quæ à suis Senioribus habet, sine ipsorum permissione distrahere, vel aliquod commercium adversus tenorem nostræ constitutionis excogitare per quod imperii vel dominorum minuatur utilitas, &c. & 2. F. 55. §. Habito &c. Sancimus inquit, ut nulli liceat feudum, vel partem aliquam vendere, vel pignorarè, vel quocunque modo distrahere, vel alienare, vel pro anima judicare sine permissione illius Domini, ad quem feudum spectare dignoscitur; ne scilicet alienatione Vasalli noceatur Domino s. Seniori, cui feudum morte Vasalli aperiri & cedere solet, neve Vasalli s. milites feudo ejusque fructibus per alienationem in alium translatis ipsi egeant, & ob egestatem neque operam Seniori debitam præstare, neque ipsi statum suum aut familiam tueri possint. Est namque præterea grave delictum, feudum illicite ac sine consensu Domini alienare velle, ^{cum} ipsum videlicet contemnere eique injuriam facere, quid, quod ipse perjurus hoc ipso fieri videatur, 2. F. 7. de Nov. form. fid. Sonsbec. P. 12. n. 20. Sed cum materia hæc subtilis valde sit, & lucrosa, secundum Boër. Decis. 211. n. 1. ideo & ne sicco pede aut unico verbo illam transiisse videamur, prolixius de ea, quantum pro pagellarum angustia fieri potest, agamus. Definimus itaque *Alienationem* hinc, quod sit feudi ejusque commodi in alium translatio, mala fide absq; Domini

permissione facta. Sumitur a. hic vocabulum *Alienationis* in sensu latiori, uti patet ex 2. F. 55. ut non tantum includat venditionem, sed omnem actum significet per quem Dominium transfertur, L. 1. C. de fund. dot. Myns. Cent. 6. Obs. 30. n. 2. L. alienationis. ff. de V. S. vel aliud jus in re feudali constituitur, unde feudum alienare prohibitus, actum ex quo alienatio sequi potest, celebrare nequit: Rosenth. tr. feud. c. 9. Concl. 9 n. 8. & non distrahi tantum vetatur feudum, sed & donari, legari, permu-
tari, imo licet non amittatur, deterior tamen ejus conditio reddatur, alienata dicitur, L. ult. C. de Reb. al. non alien. Myns. cit. l. Borch. de feud. c. 3. n. 34.

§. 17.

Ut autem ob factam feudi alienationem Vasallus ipso privari possit, patet ex data definitione duo requiri (1) ut sciverit Vasallus fundum esse feudalem & (2) ut ipsa rei insecuta sit traditio. De priori membro, vid. §. Si Vasallus 2. F. 26. Si de feud. def. cont. sit int. & c. & 2. F. 42. de controu. int. Dom. & emp. feud. Schrader. Tr. feud. P. 9. c. 1. n. 39. Non enim feudum amittit Vasallus, nisi probetur dolo malo in contemptum ac contumeliam Domini id fecisse c. 1. §. ult. de Prob. feud. alien. Jason. ad L. ult. n. 127. C. de Jur. Empt. Wesemb. Cons. 261 n. 51. De posteriori itidem videri possunt textus superius allegati, 2. F. 52. & 55. Est namque traditio, possessionis translatio, L. 3. ff. de Act. Empt & Dominium s. jus in re reali traditione, non pactis & contractibus transfertur, L. traditionibus 20. C. de Pact. §. 40. Inst. de R. D. L. 67. ff. de V. S. Et per traditionem quantum in se est, Vasallus transfert jus quod habet, faciendo totum quod potest, sc. tradendo Andr. de HERN. de Prob. feud. alien. per Frider. magis etenim possessionis trans.

translatio, quam ipsa feudi alienatio per Vasallum, ut quæ per se est invalida, in hac Commisfi materia inspici solet, Rosenth. c. 9. Concl. 12. n. 2. quâ non secuta nec feudum Vasallo adimi potest, Richter. P. 6. Conf. 11. in verbis: So ist auch communior opinio daß der Vasall seiner Lehn/ von wegen der alienation, wenn er dieselbn dem Käuffer nicht eingeräumet / keines weges verlustig Vurmsen. Pr. Obs. Tit. de feud. O. 39. cit. c. Imperialem §. callidis. ubi expresse utriusque sit mentio Curt. Jun. Tr. feud. P. 4. n. 111. idque adeo verum, ut licet traditio sit facta, attamen Dominus propria autoritate feudum adimere Vasallo non possit, sed demum privationis prolata sententia, quando enim Vasallus ratione patratu delicti feudum amittit, sine prævia sententia Domino id ad se recipere non permittitur, cum nullus sine cognita culpa & coram Paribus convicta beneficium suum amittat, c. 1. in pr. de feud. sin. culp. non amitt. Schenk. in c. Imperialem §. callidis n. 1. De qua causæ cognitione & sententia Judicis declaratoria videri potest thesis fin.

§. 18.

Cernimus quoque ex definitione, consensum Domini ad alienationem feudi requiri, id quod ambigui juris non est, sed uno ore ferè omnes docent Interpp. quod feudum regulariter sine Domini consensu alienari non possit, adeo ut ne pro parte quidem alienatio valeat, §. 1. de Vas. qui contr. Const. Lotb. §. item quæ fuit pr. caus. benef. amitt. Clarus recept. sent. qu. 31. n. 7. ut & per text. 2. F. 55. Manet enim Dominium directum & proprietas apud Dominum, utili saltem in Vasallum translato, quod quoque ad Dominum revertitur & directo consolidatur si sine suo consensu Vasallus feudum alienet, d. c. 1. §. Imperialem &c. De hoc autem num ex-

C 3

pressus

pressus requiratur consensus, an vero tacitus sufficiat, quæritur? Et licet, quoad theoriam, consensus Domini ad feudialienationem expressus ita necessarius sit, ut alias plane inutiliter intervenire dicatur Bald. ad c. 1. pr. de Prob. feud. alien. per Frid. Boër. Dec. 181. Myns. Cent. 4. O. 87. cum ibi alleg. cum tamen in praxi, prout ex infra allegatis videre est, jam aliud sit receptum, merito quoque tacitum sufficere consensum censemus, maxime si permissio illa ex certis argumentis colligi queat, puta si præsens sit nec contradicat; idque ex his rationibus (1) quod præsens actui alicui, quem impedire potest, videatur consentire, c. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amitt. (2) quod consensus sumatur ex scientia & patientia L. qui patitur ff. Mandat. c. 43. qui tacet consentire videtur de R. 7 in 6. præprimis si accedat diuturni temporis patientia Brunn. Conf. feud. 14. n. 344 L. si filiusfam. 10. C. de petit. hered. intra annum enim in feudalibus alienationi non contradicens consensisse videtur c. 1. §. Filius. si de feud. defunct. content. sit int. Dn. & agn. Vas. & patientia sine contradictione expressa idem præstat quod consensus expressus. L. quidam 12. ff. de Evict. L. Si vero 12. §. Inde Papinianus 8. ff. Mandat. (3) quod taciturnitas studiosa pro voluntate & consensu habeatur Auth. ad hoc. §. si vero. nec Domini voluntas neque taciturnitas studiosa intervenit, l. unic. C. de Latin. libert. toll. (4) quod paria sint consentire & præsentem esse, nec contradicere, L. honores 7. §. ult. ff. de Decur. (5) huc pertinet quod jus feudale nihil amplius exigat, quam ne sine permissione alienetur 2. F. 52. & 55. jam vero ad permissionem Domini sufficiet, si ipse præsens sit, nec contradicat, Gloss. in d. c. 52. verbo permissione, ita etiam sentit Isern. ibidem n. 2. in f. aperte distinguendo inter permissionem & confirmationem

tionem ut in hac expressum requirat consensum, in illa
vero non; colligitur enim is Domini consensus exin-
de, si ejus scientia & factum aliquod approbativum
accesserit Brunn. *Conf.* 75. n. 24. Denique (6) huc fa-
cit, quod in alienatione feudi praesente Domino facta
cesset ratio legis prohibitivæ, quæ est, absque con-
sensu Domini feuda distrahi non debere, ne scilicet mi-
lites exhaustis Seniorum suorum beneficiis inque
alios translatis, servitiis sese subducant adque expe-
ditiones faciendas in idonei reddantur, adeoque vi-
res imperii attenuatæ reperiantur 2. F. 52. quæ eadem
ratio & in sæpius *alleg. text.* 2. F. 55. adducitur: Ces-
sare autem hanc rationem in alienatione praesente
Domino facta, patet exinde, quod videat ipse alium
sibi Vasallum substitui, qui servitiâ præstare velit &
possit, adeoque cessante hac ratione & incommodo
cessabit quoque effectus legis. Et hanc opinionem
communiorum simul & veriorum dicunt, Mynsing.
cit. l. Curt. Jun. P. 4. n. 137. Rosenth. P. 9. *Concl.* 29.
Zaf. P. 9. n. 31. idem affirmat Borch. c. 8. n. 72. Vult.
c. 10. n. 64. Decia. *Conf.* 117. n. 5. Vol. 3.

§. 19.

Quando igitur consensus Domini adeo necessarius
est, non injuste quæritur, quo tempore peti & num-
necessario contractum præcedere debeat, an verò ex
postfacto sequi possit? Et licet melius sit consensum
præcedere antequam alienetur, quod Dec. *Conf.* 144. I-
fern. & Curt. quoque volunt, consensum necessario præ-
cedere debere, nec sequi posse, id tamen non obest,
quo minus quolibet tempore, nimirum non solum ante
alienationem vel in ipso actu, sed etiam post eam &
subsecutam traditionem, consensum intervenire posse
dicamus,

dicamus, eumque efficere ut firma sit ista alienatio, ac subsistat, ita ut rati habitio ista ex intervallo accedens retrahatur & consensui æquiparatur, nam actus favore tertii nullus, ejus ratificatione convalescit: Nec enim ad solennitatem aut formam contractus requiritur hic consensus, sed tantum pro interesse Domini *Gloss. d. l. Alvarott. in d. c. 1. in pr. n. 15. de Prob. feud. al. per Frid.* Consensus autem qui pro interesse consentire debentis requiritur, satis est, si sequatur ex intervallo, etiam si actus præcedens sit nullus, modo approbatio ejus pendeat ex potestate consentientis *Myns. Cent. 2. O. 34. n. 5.* Atque hæc sententia multo frequentioribus suffragiis comprobata & recepta *Matth. de afflict. qv. 24. n. 1. in c. 1. de Prob. feud. al. per Frid. Schrader. P. 8. O. 4. n. 3. Menoch. Conf. 1. n. 405. lib. 1.* Imo extra pugnam esse testatur *Myns. d. l. usuque & consuetudine quotidiana observari, testis est Zas. P. 9. n. 32. Wesemb. c. 11. n. 15.* sequæ multoties ita in praxi servari & obtineri, vidisse comprobat *Bursat. Conf. 40. n. 25 & Conf. 50. n. 28.* Etsi autem hæc omnia de iure feudali communitate sese habeant, & natura feudi hoc exigat, ne sine consensu Domini alienentur ea, valet tamen consuetudo, qua ea alienantur ullo unquam Domini consensu non adhibito *Jul. Clar. recept. sent. §. feudum qv. 31. n. 12.* & prout in omnibus ita etiam in feudis mos regionis ante omnia considerandus *Pruckm. Conf. 4. n. 34.* Sic namque de generali Franciæ consuetudine in alienatione aut alia feudi dispositione non requiritur Domini autoritas juxta *Boër. Dec. 204. n. 7.* & in specie ratione eorum feudorum quæ Episcopus ibidem Herbipolensis in feudum dat, quod possint hæc ad medietatem usque, etiam si Dominus
ut

ut alienationi consentiat, non imploretur, alienari, te-
stis est Rosenth. c. 9. Concl. 58. n. 46. Feuda quoque; Mar-
chiae Brandenburgicae insolutum dantur Creditoribus,
etiam iis qui assensum Domini non habent, in defe-
ctu scilicet allodialium bonorum Pruckm. Conf. 47.
n. 161. Et moribus Saxoniae feudum pro dote obliga-
tur absque omni precedente consensu, dummodo
dotem in feudi utilitatem versam esse probetur Id.
Conf. 1. n. 440. Vol. 1. In Pomerania & Megapoli quid
obtinere ex Conf. Mevii 4. 38. 39. & 44. & Cothmann.
Respons. Vol. 2. R. 75. Vol. 3. R. 18. & 21. videre est.

§. 20.

Impetrato jam à Domino consensu de toto alic-
nando feudo, an & partem feudi pro lubitu alienare
possit Vasallus, quaeritur? Primo intuitu videtur dicen-
dum quod sic, quia in toto & pars continetur, *L. in toto*
113. ff. de R. J. & cui plus licet ei quoque minus licere
debet, *L. non debet. 21. f. eod.* & in eo quod plus est sem-
per inest & minus, *L. 110. ibid.* Negativa tamen verior
idque rigore juris secundum Alvarott. *in c. Imperialem*
n. 14. de Prob. feud. al. per Frid. Curt. P. 4. n. 143. Schneidw.
P. 7. c. 2. n. 65. Vult. c. 10. n. 66. quod Domini hic in-
terest, ne feudum inter plures distrahatur aut divida-
tur, neve is tempore necessitatis servitia ratione istius
feudi ab uno sibi praestanda à multis exigere cogatur:
Nec etiam plures Vasallos ex eodem feudo videtur
voluisse habere Dominus, cum hoc alienando plus
detrimenti quam commodi inferat, sed consensisse ut
eodem modo & aequaliter vendatur ac ipse Vasallus
possidet, *arg. c. 1. §. Praterea Ducatus 2. F. 55. Curt. d. l.* Et
sicut Vasallus non tenetur plures agnoscere Dominos *d. c.*
Imperialem §. praterea. ita nec Dominus hac ratione plures
D
cogi

cogi potest recipere Vasallos quibus is rursus operam & auxilium devinctum cognoscat. Præterea hic notandum, consensum feudalem stricti esse juris, nec extendi de casu ad casum, nec de contractu majori ad minorem, neque à minori tempore ad majus Rosenth. c. 9. Concl. 36. & 33. Sed alienationem feudi præcise in iis terminis expediendam, prout se habet consensus Domini Vult. d. n. 66. Heig. L. 1. qv. 27. n. 47. & L. 2. qv. 5. n. 30. & consensus ad certum effectum præstitutus ulterius extendendus non est, Bald. ad c. 1. n. 19. vers. item consensus an agnat. vel filior. L. Si unus 27. ante omnia ff. de Pact. sicuti etiam in genere cautum est, consensum præstitutum unius actus non extendi ad alterum, L. Jubemus 21. C. de Vellejan. d. l. si unus §. ante omnia ff. de Pact. cum juri & rationi quam maxime congruat, interrogativum & redditivum in eodem casu convenire & intra eodem cancellos consistere arg. L. Si defensor. §. 1. ff. de Interrog. action. Cephal. Cons. 452. n. 36. V. 4. Ex quibus patet Vasallum si partem alienaverit & de novo consensum non petierit pro parte etiam puniri. 2. F. 38. cum eadem sit ratio partis ad partem quæ est totius ad totum. §. 21.

Quid vero dicendum de illo casu si Vasallus feudum alienaverit absque consensu, adjecta tamen clausula, *salvo jure Domini*, an pœnam amissionis pariter incurrat? Et communiter tenent Dd. quod nihilominus privandus sit feudo, ideo quod protestatio ista contraria sit facto Hostiens. Jas. in L. fin. n. 142. C. de Jur. Emphyt. Curt. Jun. P. 4. n. 112. Richt. P. 6. Cons. 5. n. 117. Clarus §. feudum. qv. 31. t. 8. n. 27. protestatio autem facto contraria protestanti nil prodest, Borcholt. ap. 8. n. 17. & quod verborum artes non valeant

ant

ant ad eludendas legum sanctiones, siquidem
verba legum, quibus alienatio absque consensu
Domini interdicitur, valde generalia sunt, ut in
c. 2. F. 52. & 55. Accedit quod verba illa nullius sint
momenti, iisque sive adjectis, sive non, jus tamen
Domini salvum manet, nec aliter illa clausula agere
videtur, quam ut directum tantum jus Domino salvum
velit, non autem consensum præservet, *Zaf. P. 6. c. 25.*
proindeque idem est ac si simpliciter alienasset: Ratio
quoque ob quam Vasallus feudo ejicitur si absque
consensu alienet, hic locum invenit, quoniam scilicet
Dominum contemnere videtur, *c. 1. §. Vasallus. Qua fuit
per caus. benef. amitt. Fachin. Lib. 7. Controvers. 85.* Li-
mitant hoc ipsum, si dixerit, se id salvo jure ac con-
sensu Domini facere, cum hac ratione in conditiona-
lem transeat, nec Dominum contemnat, tumque de-
mum feudum alienatum velit, cum Domini consen-
sus accesserit, *Zaf. P. 10. n. 15. Borch. c. 8. n. 82.* Con-
ditio enim ante impletionem nihil ponit in esse *Heig.*
quodque sub conditione fit, non est, nec habetur factum,
antequam conditio existat, *L. Si quis 8. ff. si quis omis.
caus. testam. L. 213. ff. de V. S.* quia deficiente dispositio
sive alienatio cessat, & pro non facta habetur. *Surd.
Dec. 200. Mev. Cons. 36. n. 47. seq.* modo tamen alienatio
ista non facta sit in potentiolem aliquam, ut adeo
difficilis efficiatur recuperatio, quo casu nec per clau-
sulam illam conditionatam à privatione feudi Vasal-
lum liberari, vult *Ludw. c. 17. cum alleg. Vult. d. c. 11. n. 44.*

§. 22.

Annon igitur ne quidem in necessitatis casu feu-
dum absque consensu alienare licet? Quod negatur,
c. un. in pr. Qual. olim feud. pot. alien. 2. F. 9. c. Imperialem §. 1.

D 2

de Prob.

de Prob. feud. al. per Frider. non obstante regula generali, quod necessitas faciat actum licitum, qui alias non licet, L. qui potuerint. ff. de manumis. testam. Tusch. pract. Concl. lit. N. concl. 9. & quod prohibita alienatione non censeatur prohibita alienatio necessaria, cum necessitas non habeat legem, arg. L. 5. ff. de Offic. Procons. L. 162. ff. de R. 7. unde etiam propter necessitatem famis licitum est patri vendere filium L. 1. C. de Pat. qui fil. distrax. Dispositio quoque de re aliqua non alienanda præcipiens, de alienatione voluntaria, non vero necessaria intelligatur, L. alienationis ff. Fam. Hercisc. L. peto §. prædium ff. de leg. 2. Respondetur enim eas leges tum locum invenire, quando is qui rem alienare vult, integrum jus in re ipsa habet, nec ullum in ea superiorem agnoscere tenetur Curt. P. 4. n. 107. Unde haud procedit in questione nostra, cum in feudo Dominus superioritatem habeat, ideoque Vasallo interdicta est ista alienatio, ne scilicet Domino jus suum auferatur, quod ne quidem necessitate svadente alicui invito extorquendum est L. invitum ff. de Contrab. Empt L. nec emere C. de Jur. delib. L. 11. ff. de R. 7. neve ut quis pro alterius necessitate rem suam alienet, cogi potest, siquidem nemo invitus alteri de suo benefacere & obstrictus Cravetr. Conf. 6. n. 86. Quod tamen restringunt in casu ubi Vasallus necessitate adeo urgente pressus, ut alias suæ suorumque vitæ succurrere haud queat, Domino denunciaverit, is vero nec ipse emere Dominium utile, nec in alienationem consentire velit, Bald. in c. 1. n. 30. Quib. mod. feud. amitt. Roland à Valle Conf. 56. n. 16. Vol. 4. Wurmser. Pr. Obs. lib. 1. Tit. de feud. O. 18. seq. ubi se ita in facti contingentia consuluisse dicit Borch. c. 8. n. 70. & communem hanc opinionem esse dicit, Richter P. 6. Conf. 5.

Conf. 5. n. 81. quam & à Dd. receptam esse attestatur Rol. à Valle cit. loc. Jul. Clar. in §. feudum qv. 31. n. 11. in fin. Rosenth. c. 9. Concl. 3. n. 9. ac ita in Camera attemperatam esse dicit Myns. Cent. 6. O. 30. Ad quam necessitatem etiam respexisse videtur Grot. L. 2. de jur. B. & P. C. 2. §. 6. n. 2. quando ait; In gravissima necessitate reviviscere jus illud pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent, quod in omnibus legibus humanis ac proinde in lege dominii summa illa necessitas videatur excepta.

§. 23.

Simili modo feudo se indignum reddit Vasallus si insigniter illud deterioraverit, *c. 1. §. 5. vers. quicumque Advocatiam. de Pac. ten. & ejus Violat. 2. F. 27. argumento sumto ab Emphyteuta & Usufructuario Zas. P. 10. n. 54. Concl. 8. Sonsbec. P. 12. n. 67. Borch. c. 3. n. 33. Rosenth. c. 10. Concl. 33. n. 2. cum alleg. Quemadmodum enim Emphyteuta deteriorando prædium emphyteuticum ipso ejicitur, Borch. d. l. ideo quod contra legem emphyteuseos egerit, ita etiam Vasallus ob hanc ipsam causam feudo denudatur, quod scilicet contra promissam fidem fecerit: Et sicuti Usufructuarius re sibi in usumfructum concessa utitur, salva manente ipsius rei substantia, nec ipsam deteriore reddere potest, *L. 13. §. 4. ff. de Usurfr. sub poena amissionis ejus. Autb. qui rem C. de SSanct. Eccles. ita etiam Vasallus Rem feudalem deteriore efficere nequit, c. cum de §. 1. de Invest. de re alien. fact. 2. F. 8. Vult. c. 10. n. 38. Quod tamen intelligendum est de deterioratione non modica, sed magna & insigni c. un. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 23. c. prima autem §. 2. 2. F. 24. Quæ vero deterioratio insignis dicenda, Judicis arbitrio erit relin-**

D§

qven-

quendum, Schrader. *in Tract. feudal. P. 9. c. 6. n. 61.* Menoch. *Lib. 2. de Arbitr. Judic. Cent. 1. Cas. 78.* & requiritur præterea ut deterioratio ista facta sit (1) dolo s. lata culpa Vasalli. *Bl. & Dd. ad cit. Auth. qui rem C. & c.* dolum autem istum præsumunt si Vasallus à Domino admonitus non destiterit, Borch. *c. 8. n. 130.* Roland à Valle *Cons. 18. n. 79.* quibus tamen contrarius est Rosenth. *c. 10. Concl. 33. n. 48. § 2. § 5.* ideo quod admonitionem necessariam esse nullibi sit cautum, & verius quoque videtur dolum & latam culpam satis exinde præsumi, quod agat contra fidelitatis juramentum quo nullum Domini bonis damnum inferre promisit, *2. F. 6. & 7.* Mascard. *de Probat. Concl. 531. n. 47. seqq. Vol. 1.* & (2) ut ad perpetuum feudi detrimentum spectet, Vult. *c. 11. n. 39. cum alleg.* Schrad. *d. c. 6. n. 69.* quod ultimum requisitum merito in dubium vocatur à Ludw. *in Synops. p. 346.* ob rationem ibi adductam, quod etiam displicere ait, Rittershus. *de feud. c. 5. qv. 69.* Nec enim solum feudum amittit Vasallus ob hanc commissam feloniam, sed & insuper Domino s. Agnatis ad interesse tenetur Schrader. *d. P. 9. c. 5. n. 11.* Struv. *Synt. Jur. feud. c. 15. apb. 5. n. ult.*

§. 24.

Possent equidem plura huc spectantia, hic pertractari, cum verò & temporis & pagellarum, prout jam supra dictum, ratio sit habenda, institui quoque nostri non sit integrum tractatum conscribere, sed nonnulla saltem exercitii gratia conferre, ideo & illa merito intacta linquimus, Dominumq; Lectorem plura desiderantem ad innumeros Feudistarum libros mittimus, ex quibus sat satis desiderium suum explere poterit. Methodo verò instituta, procedendum jam esset

esset ad *Omissionis Feloniam*, quam cum præcedant
Species Feloniæ in *Extraneum* commissæ, de unico ejus
tantum crimine, nempe parricidio paucis agemus.
Feudum itaque Vasallus amittit non modo si pa-
trem aut matrem, sed & si fratrem suum occiderit,
c. 1. vers. item si fratrem suum. Quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5^o
c. 1. §. Denique. Quæ fuit pr. caus. benef. amitt. 2. F. 24.
Schrad. P. 9. L. 3. §. 25. c. un. §. si quis, An ille qui interf. fratr.
2. F. 37. Ex quo textu nonnulli Interpp. elicere vo-
lunt, Vasallum non ob quodlibet parricidium, sed
illud saltem quod in fratrem ejusque filium hac rati-
one committitur, ut scil. totam hereditatem nancisca-
tur, feudo privato. Sed verior videtur eorum opinio,
qui dicunt Vasallum ob parricidium dolose commissum
sive id fiat totius hereditatis adipiscendæ gratia, sive
ob aliam aliquam causam, feudo exui, *Borch. c. 8.*
n. 102. Schrad. d. 1. Hattiser. Anal. feud. c. 11. Rosenth.
c. 10. Concl. 36. Vult. c. 11. n. 34. Struv. c. 15. apb. 10. idq;
non tantum ob *d. §. Denique.* Sed etiam ob rationem
in *d. c. un. §. si quis, & c.* estque illa quod amplius in Cu-
ria stare non possit, quæ ratio non solum in fratri-
cidio obtinet, sed etiam in quovis alio parricidio se-
cundum *alleg. Dd. conf. & Schöner. Disp. feud. 10. tb. 70.*
cum gravissimum delictum sit in proprium sanguinem
sævire, nec à proditione remotum, *Bald. in d. c. An*
ille qui interf. n. 2. unde ob singulos talis homicidii casus
feudum ipsi adimitur *tot. tit. ff. & C. de Parricid.* Eodem
modo & Vasallum feudum amittere docent, si fratrem
suum injuste in carcerem protruderit, *Vult. d. l. in fin.*
Curt. Jun. P. 4. n. 39. præsertim si carcer fuerit peri-
culosus, ut inde facile in corpore lædi possit, *Rosenth.*
d. Concl. 36. n. 32. seqq. ubi pluribus hæc tractat.
Atque

Atque has commissionis felonix species adduxisse
sufficiat.

§. 25.

Sequitur jam Felonia *Omissionis*, cujus varix iterum
dantur causæ, quas omnes hic pertractare nimis lon-
gum foret, quare de duabus saltem speciebus, nimi-
rum ommissa investituræ renovatione & denegato auxi-
lio, pauca dixisse nobis satis erit. *Omittendo* itaque
Vasallus feudum amittit, si investituræ renovationem
petere dolose neglexerit, *c. Quot temp. mil. invest. 1. F. 22.*
c. Quæ fuit pr. caus. benef. amitt. §. 1. 2. F. 24. c. 1. de Cap. Corr.
2. F. 40. c. un. in pr. de Prob. feud. al. p. Lotb. 2. F. 52. & c. un. §.
præterea. de Prob. feud. al. per Frid. 2. F. 55. Curt. Jun. P. 4
n. 45. 53. & 58. Borch. c. 7. n. 30. Mozz. tit. fin. ex quib.
caus. feud. amitt. n. 9. Et namque hæc investitionis pe-
titio nihil aliud quam reverentiæ census & devotio-
nis signum, quam Domino suo Vasallus exhibere te-
netur, Rosenth. *Concl. 29. Clar. L. 4. §. feud. qv. 49. n. 1.*
Wesemb. c. 15. n. 7. quapropter Vasallus ingratus
censetur qui hanc cultus significationem de se non
præbet *d. c. 2. F. 24. §. 1. Curt. d. l. n. 45.* unde prima
i. e. præcipua s. principalis causa amittendi feudi dici-
tur *in all. t. 2. F. 24.* Toties vero hæc investituræ peten-
da est renovatio, quoties vel Dominus vel Vasallus
mutatur, aut etiam alteruter vel uterque morte de-
fungitur, *d. c. Corr. 2. F. 40.* Juramentum enim fidelita-
tis Domino defuncto, vel à Vasallo defuncto præsti-
tum, uti ad heredes defuncti Domini nihil attinet, ita
quoque heredibus demortui Vasalli nil prodesse po-
test, cum sit personale & cum persona ejus, cui & à
qua juratum est, finiatur, unde necesse est ut filius
Vasalli proprio juramento se obliget ad fidelitatem,
quod

quod facit cum se à Domino de feudo defuncti patris
investiri petit Clar. d. l. Nec expectare Vasallus donec
ad hoc citetur, sed ulro Dominum adire ac pro reno-
vatione investituræ terminum requirere seqve ad fide-
litate præstandam offerre debet, d. c. Prima autem
2. F. 24 c. Sancimus 1. F. 22. c. hæc sunt, in pr. de Cap. Corrad.
ibiq. Dd., ne scilicet à fidelitate se subtrahere, ac deniq;
rem ipsam longinquitate temporis in discrimen voca-
re velle videatur, Sylvan. in tr. de feud. recogn. qv. 12. n. 1.
Borch, c. 7. n. 30. Circa hanc verò investituræ reno-
vationem observandum, ut petatur (1) legitimo modo,
non insolenter aut ambitiose, sed humiliter, devotè,
benigne ac fideliter 2. F. 23. Rosenth. Concl. 65. n. 1. &
(2) iusto ac legibus præfinito tempore, nimirum intra
annum & mensem si miles sit, d. c. quo temp. mil. 1. F. 22.
ubi Dd. intra annum verò & diem, si sit paganus supr. all.
text. Clar. d. l. n. 2. Wesemb. c. 8. n. 3. Hartm. Pr. Observ.
tit. 54. de feud. Obs. 11. Myns. Cent. 5. O. 9. estqve hæc
communis Dd. conclusio, Rosenth. c. 6. Concl. 30. n. 7.
sed paulò aliter hos text. conciliat Caspar. Burschius
Comm. ad Conf. feud. ad c. 1. 2. F. 22. p. m. 171. Diximus
autem si dolose neglexerit, ex sola enim & simplici ne-
gligentia feudo Vasallus privari non potest, Molin.
ad Conf. Paris. tit. de feud. §. 13. nisi negligentia illa inex-
cusabilis adeoque cum contemptu Domini fuerit con-
iuncta, 2. F. 55. quia tunc dolo æquiparatur, Rosenth.
c. 6. Concl. 56. n. 4. uti usu observari seqve in Camera
Imperiali, ita iudicatum vidisse affirmat. Idem d. l. n. 5.
Ex quibus patet, Vasallum multo magis excusari, si
iusta aliqua causa impeditus renovationem investituræ
petere omiserit, feudumqve non amittere, §. ult. de
Prob. feud. alien. per Lotb. Causæ autem istæ recensentur

E

in

in saepius *all. c. Sancimus 1. F. 22.* quæq; ipsis sunt similes, ac tam ratione Domini quam Vasalli intercedere possunt, *Struv. c. 10. apb. 9.* Illud hic quæritur, qualiter Vasallus causas renovationis haud petitiæ allegans probare debeat? Et hoc Judicis arbitrio committendum censet, *Rosenth. c. 6. Const. 55. n. 4.* ut is cognitis circumstantiis vel juramentum ipsi deferat, vel aliam probationem postulet, *Myns. Cent. 3. O. 92. n. 3. Geil. Pr. Obs. L. 1. O. 143. n. 4.* Verum an mora quoque admittat excusationem? Et quanquam hoc multi negent, imò negativam hanc communem non modo, sed & de jure veriorum esse censeant, adeoque Vasallum, si sinat labi tempus investituræ, moram purgare non posse, *Dd. in c. quo temp. mil. & c. & c. que fuit prim. caus. benef. amitt.* adeoque feudo cadere, asserere non dubitent. *c. 1. §. præterea de prob. feud. alien. Mynsing. 5. Obs. 9. n. 2. Scrad. de feud. p. 6. c. 2. n. 9. Rosenthal. c. 6. conclus. 59. Rittershus. Part. feud. c. 5. q. 45.* Communior tamen, verior & æquior est sententia affirmantium, quique moræ purgationem admittunt, modo hæc purgatio fiat antequam Vasallus vocetur à Domino in iudicium, post *Afflict. in c. 1. que fuit prim. caus. Bursat. vol. 1. consil. 91. n. 17. Gvid. Papæ Decis. 166. Sylvan. de feud. recogn. q. 27. n. 26. Struv. Syntagm. jur. feud. c. 10. apb. 9. n. 3.* quod alii ad sententiam usque extendunt. *Vultej. 1. Feud. c. 11. n. 24. & 25. Mev. Consil. 90. n. 174. seqq.* Non enim est neglectus petitionis investituræ inter ea crimina, ex quibus ipso jure Vasalli feudo cadunt, *Gail. 2. Obs. 48. n. 10.* & ipse aliàs dissentiens. *Rosenthal. cit. loc. c. 10. conclus. 41. n. 5. lit. e. Hondedæ 1. Cons. 55. n. 95.* sed opus est sententia. *Mev. cit. Cons. 90. n. 169. & 170. it. n. 195. & 196. Ubi & n. 168. de praxi*

praxi testatur, quæ ita se habet: Ut si dolus appareat, privationis poena irrogetur, si culpa aliqua & gravior, Dominus non privet, sed ex arbitrio suo istam castiget, sicut pecuniaria multa negligentes coercere infrequens non est. Cum his conveniunt, quæ habet Struvius antea *cit. loc* ubi ait: in genere notant interpretes, quod Principes & Domini feudi non solent feudo Vasallum ob solam neglectam investituræ renovationem privare, sed potius condonare culpam, saltem poenâ aliquâ dictatâ.

§. 26.

Alteram Speciem quod attinet, expeditum jam est Vasallum ob denegatam servitiorum præstationem feudo suo ejici. 2. F. 6. & 7. c. Domino. Hic finitur lex 2. F. 28. Ludw. in *Synops. feud. p. 292. seq.* Vult. c. 10. n. 24. & 6. Sed illud quæritur, an idem obtineat, si Vasallus contra patrem suum auxilium ferre recuset? Et quamquam hæc quæstio negari debere videatur, cum Vasallus non teneatur Domino ad auxilium in iis quæ juri divino aut naturali sunt contraria, Vult. d. c. n. 27. Rosenth. c. 8. concl. 9. n. 7. & 8. & quod & pater & filius pro una eademque habeantur persona, Vasallus autem non sit obstrictus adversus seipsum, Dominum adjuvare, Zas. P. 7. n. 30. Verior tamen est affirmativa, ob juramentum Domino præstitum, 2. F. 7. Rosenth. c. 10. concl. 15. n. 1. modo Dominus à Patre Vasalli injuste fuerit offensus cum hac ratione pater à filiis, utpote fidelitatis nexu Domino obstricto, prætere non poterit jura ex reverentia filiali fluantia, Struv. c. 11. aph. 8.

§. 27.

Privatur autem (quod coronidis loco hic addendum) Feudo Vasallus non nisi ex justa, nec ex qua-

E 2

libet

libet causa, sed ex eâ saltem, quæ gravis, magna,
atque atrox dici potest, c. 1. §. Porro, quæ fuit pr. caus.
2. F. 24. c. 1. Quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5. uti ex supra
dictis patet. Hinc cognoscenda est causa ista, pro-
banda, & per sententiam decidenda, c. 1. §. si fidelis
d. 1. F. 5. & ibid. Dd. Cothm. 2. Consil. 91. & Mev. Consil.
36. n. 137. seqq. non enim præsumuntur ejusmodi com-
missionis causæ, nisi à Domino, ordinario modo, pro-
bentur, & quidem per testes, c. un. Quot test. sunt necess.
2. F. 57. Clar. Lib. 4. recept. sent. qd. 60. Menoch. Consil.
101. n. 47. Quare sententiam declaratoriam ad maio-
rem ac evidentiorum causæ cognitionem præcedere
æqvissimum est, Zas. P. 10. n. 107. Etiam si talis sit
Feloniam, quæ ipso jure Vasallus feudum amittit, Vult.
c. 11. n. 56. Menoch. Consil. 334. n. 7. Borch. c. 8. n. 157. ne
scilicet quis Vasallus facile in damnum incidat, Zas.
d. 1. Et licet notoria ac evidens sit Felonia, tamen
æqvius est delictum perpetratum & pœnam per sen-
tentiam declarari, Menoch. d. 1. in fin. Vult. d. 1. n. 57.
vers. sane si delictum. Fachin. 1. Controvers. 93. c. 1. de feud.
fin. culp. non amitt. 1. F. 21. c. 1. §. Sancimus. Quo temp. mil.
invest. pet. poss. 2. F. 22. cum omnis pœna requirat pro-
cessum judicarium & sententiam, Sonsbec. in Comment.
Us. feud. P. 13. n. 188. Et cognitione causæ opus sit,
Wesemb. c. 15. n. 9. Quæ causæ cognitio tamen &
decisio non ad Dominum pertinet, sed apud Pares
Curie est ventilanda & determinanda, d. c. 1. de feud.
fin. culp. non amitt. 2. F. 21. & quidem illius Curie, à qua
recognoscuntur feuda, & sub cujus Jurisdictione sita
sunt illa, Curt. Jun. de feud. P. 7. n. 34. Sonsbec. P. 14.
n. 31. Wurmser. Pr. Obs. Lib. 2. Tit. de feud. Obs. 22. vid.
die Pommersche Hoff. Gerichts. Ordnung P. 2. T. 1. nam
quam-

quamvis alias in feudalibus causis Domini feudalis sit
jurisdictio & cognitio, siue in possessorio t. in petitorio
agatur, Curt. P. ult. n. 23. Myns. Cent. 1. Obs. 99. Schrad.
P. 10. intelligitur tamen hoc ita, si Domini nulla verta-
tur utilitas, nec ad eum causa pertineat, §. Præterea, de
Prob. feud. alien. per Frider. c. 1. An ap. Jud. vel Cur. c. si de feud.
cont. fuer. int. Dom. & fidel. 2. F. 26. cum nemo in pro-
pria causa cognoscere queat, L. 10. ubi Dd. ff. de Jurisd.
L. un. C. ne quis in sua caus. cujuscunqve etiam sit ordi-
nis Dominus aut Vasallus, Alvarott. & Feudistæ c. 1.
ap. quem vel quos 1. F. 18. c. 1. de Controvers. int. Episc. 2. F. 20.
Imo ne Imperator quidem feudi Dominus super ejus-
modi revocatoria recognoscere potest, sed Parium
hæc est cognitio, c. 1. an ap. Jud. vel Cur. c. 1. de Invest.
de re al. fact. 2. F. 8. Curt. Jun. P. 7. n. 34.

Zaf. P. 11. n. 12.

TANTUM.

D. S. L. ET G.





Dum juvat alternis coram contendere ver-
bis
Prospera Musa TIBI dicere verba jubet.
Cingite florenti conclamat Baccara frontem.
Vincenti noceat ne mala lingua mali.
Ergo mihi nondum pendebit fistula pinu,
Vota canam breviter pectore nata bono.
Vincas & vivas fama super ethera notus
Et Juris studii premia justa feras.

Paucis hisce Amicum suum
integerrimum ornare de-
buit voluitque

MOEVIUS VOLSCHOW.



IN militia,
Non sagata, sed togata,
Militanti militi, Commilitoni, Cognomini,
Cumulum victricium palmarum,
Debite laudis diligentie consequum apprea-
turus;

Hanc

Hanc
qualemcumq; infucati amoris teseram

Quam
Consuetudo de Consuetudinibus differenti

Consuetudo postulavit,

Necessitudo imperavit,

Candor haud aequè impetravit

Adjicere & voluit, & debuit.

P. CORSVANT,

Oppon.

~~~~~  
QVæis semper volupe est, molli procumbere  
luxu,

Fæmineoque modo luxuriare novis

Delitiis. Hi conscendent fastigia dulcis

Parvasi nunquam, nec veneranda Themis,

Cui semper concessit honorum Curia sedem,

His unquam reteget, jura sacrata sua.

Ast tibi sancta Themis sua jam mysteria pandit,

Dum non luxuries, non tibi pompa nocens

Sit cordi: potius jurium legumque magistros

Celsaque fatidica sacra Themistos adis.

Jamque iterum summa, scandis, cum laude ca-  
thedram,

Jura refers Domini, quæq; Vasallus habet.

Perge


Perge bonis avibus conscendere culmen hono-  
vis.

Quo tollas studio digna brabea tuo.

His amico suo inter paucos  
charissimo de Felonia di-  
sputanti gratulabatur

JOACH. AND. HELVIGIUS,

Oppon.



Was unermüdtem Fleiß zum steten Lohn  
gebühret

Das ist der Tugend Ruhm der ewig Blu-  
men trägt :

Beweis/ mein wehrter Freund ja dis sein  
Werk ist führet

Weil JHM Parnassus selbst zum Denckmahl  
Loben prägt.

Gratulans adjecit

G. A. von B. G. R.







ULB Halle  
006 570 321

3



W 07







JURIDICA,  
IPUIS  
ONIAE  
EBUS,

1697, 3  
~~10~~  
25

ximo Adjuvante,  
acultatis Juridicae,  
orum Academiae,

(5)

SIDIO,  
RI  
Consultissimi, Excellentissimi

MASCOVII,  
rectoris gravissimi, Facul-  
h. t. Decani spectabilis,  
Patroni ac Fautoris  
enerandi,

vembr. 1697.  
Q. C.  
sui præbet

NT, Gryph. Pom.  
R.

ALDIÆ,  
AMINIS STARCKII,  
Typographi.

5

